δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα εἶναι ὁμιλία τις ἐμμελὴς, A καὶ οἷα δεῖ λέγειν, καὶ ὡς· ὁμοίως δὲ καὶ ἀκούειν. διοίσει δὲ καὶ τὸ ἐν τοιούτοις λέγειν, ἢ τοιούτων ἀκούειν. δῆλον δ' ὡς καὶ περὶ ταῦτά ἐστιν ὑπερβολή τε καὶ ἔλλειψις τοῦ μέσου. οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες, βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ φορτικοί, γλιχόμενοι πάντως τοῦ γελοίου, καὶ μᾶλλον στοχαζόμενοι τοῦ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τοῦ λέγειν εὐσχήμονα, καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκω- B πτόμενον· οἱ δὲ μήτ' αὐτοὶ ἂν εἰπόντες μηδὲν γελοῖον, τοῖς τε λέγουσι δυσχεραίνοντες, ἄγριοι καὶ σκληροὶ δοκοῦσιν εἶναι· οἱ δὲ ἐμμελῶς παίζοντες, εὐτράπελοι προσαγορεύονται, οἷον εὔτροποι. τοῦ γὰρ ἤθους αἱ τοιαῦται δοκοῦσι κινήσεις εἶναι. ὥσπερ δὲ τὰ σώματα ἐκ τῶν κινήσεων κρίνεται, οὕτω καὶ τὰ ἤθη. ἐπιπολάζοντος δὲ τοῦ γελοίου, καὶ τῶν πλεί- C στων χαιρόντων τῇ παιδιᾷ, καὶ τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ οἱ βωμολόχοι εὐτράπελοι προσαγορεύονται, ὡς χαρίεντες. ὅτι δὲ διαφέρουσι, καὶ οὐ μικρὸν, ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον. τῇ μέσῃ δ' ἕξει οἰκεῖον καὶ ἡ ἐπιδεξιότης ἐστί· τοῦ δ' ἐπιδεξίου ἐστὶ τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθέρῳ ἁρμόττει· ἔστι γάρ τινα πρέποντα τῷ τοιούτῳ λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει, καὶ ἀ- D κούειν· καὶ ἡ τοῦ ἐλευθέρου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους, καὶ αὖ τοῦ πεπαιδευμένου καὶ ἀπαιδεύτου. ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν. τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον, ἡ αἰσχρολογία· τοῖς δὲ μᾶλλον, ἡ ὑπόνοια. διαφέρει δ' οὐ μικρὸν ταῦτα πρὸς εὐσχημοσύνην. πότερον οὖν τὸν εὖ σκώπτοντα ὁριστέον τῷ λέγειν ἃ E πρέπει ἐλευθέρῳ, ἢ τῷ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν· ἢ καὶ τό γε τοιοῦτον, ἀόριστον· ἄλλο γὰρ ἄλλῳ μισητόν τε καὶ ἡδύ. τοιαῦτα δὲ καὶ ἀκούσεται. ἃ γὰρ ὑπομένει ἀκούων, ταῦτα καὶ ποιεῖν δοκεῖ. οὐ δὴ πᾶν ποιήσει· τὸ γὰρ σκῶμμα, λοιδόρημά τι ἐστίν· οἱ δὲ νομοθέται, ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσιν. ἔδει δ' ἴσως καὶ σκώπτειν. ὁ δὴ χαρίεις καὶ ἐλευθέρος, οὕτως ἕξει, οἷον νό- F μος ὢν ἑαυτῷ. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος ἐστὶν, εἴτ' ἐπιδέξιος, εἴτ' εὐτράπελος λέγεται. ὁ δὲ βωμολόχος, ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου, καὶ οὔτε ἑαυτοῦ, οὔτε τῶν ἄλλων ἀπεχόμενος,

videtur etiam hic eſſe congreſſio quædam moderata & dicendi ea quæ oportet, & vt oportet, & audiendi differentia quoque in eo erit, vt & inter tales quoſdam dicamus, & tales audiamus. Circa quæ exceſſum etiam eſſe medij, & defectum perſpicuum eſt. Qui igitur ridiculis excedunt, ſcurræ eſſe atque importuni videntur: qui ridicula penitus affectant, adeò vt ſtudeant potius riſum mouere, quàm honeſtè loqui, doloréque eum non afficere quem cauillantur. Qui autem neque ipſi quicquam ridiculi dicunt, neque alios dicentes æquo animo patiuntur, ruſtici & duri ſunt. At qui aptè ac moderatè iocantur, faceti ac verſatiles dicuntur, quaſi ad verſionem apti: morum enim huiuſcemodi eſſe videtur motiones: atque vt corpora, ita etiam mores ex motionibus iudicantur. Quoniam verò ridiculum admodum redundat, & pleriqué ſunt, qui iocis delectantur & cauillis magis quàm deceat, effectum eſt, vt ſcurræ quaſi elegantes faceti nuncupentur: quos tamen differre ab elegantibus, ac non parum quidem ex iis quæ diximus, manifeſtum eſt. Huic autem medio habitui congruit etiam vrbanitas ſeu dexteritas. vrbani verò eſt ac dexteri hominis talia dicere & audire, qualia probo atque ingenuo conueniunt. Quædam enim ſunt, quæ & ioco dicere & audire talem hominem decet: & ingenui hominis iocus à ſeruilis, & item eruditi ab inerudit loco diſtat. Id quod ex comœdiis veteribus & nouis licet vnicuique perſpicere: illis enim verborum obſcœnitas, his obſcœnitatis ſuſpitio tantum riſum faciebat. Hæc autem in honeſtate non paruam habent differentiam. Vtrum igitur ea re definiendus eſt aptus cauillator, quòd ea dicat quæ ingenuum hominem decet, an quòd moleſtia non afficiat audientem, aut etiam oblectetur? An hoc quoque nullam certam definitionem admittit? aliud enim alij & odioſum & iucundum eſſe conſueuit: quocirca talia etiam audiet: nam quæ quiſque audire patitur, eadem quoque facere videtur. ſed non omnia faciet: cauillum enim conuicium quoddam eſt. legumlatores autem, cùm nonnulla conuicia prohibeant, debeant fortaſſe cauilla etiam vetare. Elegans igitur & ingenuus quaſi ſibi ipſe lex ſit, ita ſe geret. ac talis quidem medius eſt, ſiue vrbanus & dexter, ſiue facetus appellandus ſit. Scurra autem cùm ſuperetur ridiculis, neque ſibi neque aliis parcit,